BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 136v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Isyon iudicare montem esau et erit
domino regnum. amen.
Ionas Incipit prologus in Ionam
qui interpretatur columba pulch
rima. naufragio suo passionem do
mini prefigurans. mundum ad pe
nitenciam revocat. et sub nomine
ninive salutem gentibus denun
ciat. De iona misso in ninive or
ta navigii tempestate. de ninivita
rum penitencia. et domini misericor
dia subsecuta. Incipit Ionas pro
phetia.
Et factum
est verbum domini
ad ionam filium a
machi dicens. Sur
ge et vade in nini
ven civitatem ma
gnam. et predica in ea. quia ascen
dit malicia eius coram me. Et
surrexit ionas ut fugeret in thar
sis a facie domini. et descendit in
ioppen. et invenit navem in thar
sis euntem. et dedit naulum eius
et descendit in eam ut iret in thar
sis cum eis a facie domini. Dominus
autem misit ventum magnum
in mari. et facta est tempestas
magna in mari. et navis pericli
tabatur. et conterriti timuerunt
nante. et clamaverunt viri ad deum
suum. et miserunt vasa que erant
in navi in mare. ut alleviaretur
ab eis. Et ionas descendit ad inte
riora navis. et dormiebat sopore gra
vi. Et accessit ad eum gubernator
et dixit ei. Quid tu sopore deprime
ris. Surge invoca deum tuum
si forte recogitet deus de nobis ut
non pereamus. Et dixit vir ad colle
gam suum. Venite mittamus sor
tes. et sciamus quare hoc malum
nobis sit. Et miserunt sortes et
cecidit sor super ionam. et dixerunt
ad eum. Indica nobis cuius causa
malum istud nobis sit. Quod est
opus tuum. Que terra tua. Quo va
dis vel ex quo populo es tu. Et dixit
ad eos. Hebreus ego sum. et deum
celi ego timeo qui fecit mare et a
ridam. Et timuerunt viri timore
magno. et dixerunt ad eum. Quid
hic fecisti. Cognoverunt enim viri quod
a facie domini dei fugeret quia in
ditaverat eis ionas. Et dixerunt
ad eum. Quid faciemus tibi et ces
sabit mare a nobis. quia mare
stabat. et intumescebat super eos.
Et dixit ad eos. Tollite me et mit
tite me in mare. et cessabit mare
a nobis. Scio enim ego. quoniam
propter me tempestas hec gravis
est super vos. Et remigaverunt viri
ut revertentur ad aridam et non
valebant. quia mare ibat. et intu
mescebat super eos. Et clamave
runt viri ad dominum et dixerunt.
Quesumus domine ne pereamus
in anima viri istius. et ne des super
nos sanguinem innocentem quia
tu domine sicut voluisti fecisti. et
tulerunt ionam. et miserunt in
mare eum. et stetit mare a fervo
re suo. Et timuerunt viri timo
re magno dominum. et immolave
runt hostias domino. et noverunt